

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

13. De Spasmo Beatae Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

TOMI II: TRACT. XIII.

ut saecūlū maleficium defruat simplici dissolutio. F  
ne non tamē licet ire ad eum, petendo ut alio ma  
leficium aut inuocatione dāmonum primum de  
struat. Nec ēt licet absolute ire ad maleficūm, & ab  
solute petere, ut succurrat maleficiato. Tū quia ma  
leficī opus, ut sic petitur, quando absolute petitur,  
sicut cum quilibet aliis artifex exposcit. Tū quia  
particulare opus necessit̄ est petere, & non usq; re  
linquere arbitrio viri diabolici petitionē propriā.

Et per hāc patere potest responsio ad obiecta.  
Tunc enim tantum licet ut iniuritate alterius ad  
proprium commodum, &c. quādō petens petit a  
ctum bonum, vel non malum, sic q̄ potest a roga  
to fieri absque peccato: quemadmodum contingit  
& in acceptione mutui sub usūris, & in postulatio  
ne pauci pacis cum infidelibus. Ille enim petit mu  
tuum, quod potest gratis concedi: & hic petit fed̄  
pacis, quod potest ab illis principibus fieri, & stabi  
liri absque peccato, neniendo ad fidem, & iurando  
per uerum Deum quamvis sciatur, neutrū id uel  
le facere absque peccato, quia parati sunt ex bonis  
petitis sumere occasionem peccandi. Sed a malefi  
cis id qđ petitur, fieri non pōt̄ absque peccato: qm̄  
subuentio dāmonica petitur necessario ab his, qui  
non possunt aliter subuenire, quām per dāmonū  
invocationem. Mediolani die 16. Martii, 1500.

TRACTATVS DE CIV VSTER TIVS,  
De Spasmo beatæ virginis Mariæ, cuius  
est ynica quastio.

QV AESTIO I.

*Num quod de spasio glorioſissime Virginis Marie matris  
Dei dicitur, ſi canonicum.*

**S**uppliantibus quibuscā, indulgentiam  
que potentibus in festo spasmi beatæ  
Mariæ, & eius oclausi, quod celebratur  
a dominicain passione usque ad domi  
nicam palmarum inclusiue iufiūm est,  
ut ego conſulerem, ſi id, quod dicitur de spasio  
ſit canonicum, cui præcepto pro eo ac debui confe  
ſim obtemperans: quid mihi videtur, & qua rōne,  
ſcribere curau, quatuor dictūr. Primo quid intel  
ligatur rōne spasmi beatæ Mariæ. Secundo, ſi illud  
ſuit spasmus proprie dictus. Tertio, ſi ſuit spasmus  
vulgariter. Quarto respondebitur direcťe quāſito.

Quo ad primum, cum Saluator noſter tempore  
passionis exiuit a domo Pilati in Caluaria locum,  
batiulans ſibi crucem (ut dicitur Ioan. 19. & tres alii  
euangelistæ, ut patet Matt. 27. & Marci 15. & Lucæ  
23.) narrant Simonem quēdam Cyrenensem anga  
riatum, ut portaret crucem Domini, euidenter eli  
citur qđ Saluator noſter adeo debilitatus erat qđ  
crucem folus toto itinere portare nequit. Sed pra  
ter hāc, que ex euangilio habentur, ſcriptum inue  
nimus, non tamē authenticē, quod Saluator noſter  
ante angariatum Simonem, sub cruce cecidit.  
& quod beata virgo mater eius compatiens, etiam  
cecidit spasmata, & quod ad perpetuam memoriam  
ad ſificata eft ecclæſia ibi uocata ſancta Maria de spa  
ſimo. Festum igitur spasmi beatæ Mariæ significat  
festum illius tristitia in illo caſu habite, & tantæ af  
fertiæ, quod fuerit spasmus. Hac de primo.

Quo ad secundum, Spasni nomē duplīciter ſu  
mitur. Vno modo proprie, ut ſumitur a Phyſicis.  
Alio modo vulgariter, ut communiter idiota con  
ſuerunt dicere, aliquem cecidiſſe in spasio. Pri  
mo

ergo de spasio proprio dicto uideamus, ſi in beata  
virgine fuīt. Videtur enim quōd in ea fuīt uel eſſe  
potuit: quia posita cauſa, ponitur effectus: ſed exel  
lens dolor quandoque eſt cauſa ſpasimi ſecundum  
Auic. in tract. de Spasmo. igitur cum dolor Christi  
beatæ virginis fuerit maximus: ut patet p. Damasce  
num in li. 3. dicens, q̄ dolores, quoſ mater domi  
ni euauit in partu, paſſa eft in paſſione filii: tunc  
enim impletum eft illud Simconis, Lucae 2. Et tuā  
ipſius animam pertransiſbit gladius ergo potuit ca  
re ſpasmuſ proprię diectū. Sed ſi diligenter con  
ſideretur, neque literæ, neque rationi hoc cofonat.  
Dicitur quidem rationi Beatam Virginem agri  
tudinem aliquam paſſam fuīſe. Tum quia ſimilis  
debeat credi filio per oīa, quantū fas eft: de filio aut  
reſtratur Chrysostomus, quod non tuſt conueniēs  
ipſum aliquo morbo languescere. Tum quia hoc  
preſtitum videtur Ioanni Euangelistæ, dicente Hie  
ronymo in prologo Euangeliū Ioannis, quod poſi  
tus eft ad patres nōrōs tā extranea ſuſtore mortis,  
quām a correptione carnis inuenit alienus. Spas  
muſ autem proprię conſtat eſſe morbum cōtra  
hentem neruos: non igitur conuenit ipſum affere  
re in beata Virgine. Dicitur quoque a litera euangeliū:  
nam Ioan. 19. dī, quod beata Virgo ſtabat iu  
xa crucem: & ſi ſpasmuſ id eſſe neruorum tam di  
ram contractionem in itinere paſſa eft, quomodo  
tam cito liberata ad crucē uenit, nec ſedet, ſed ſtat,  
prefertim nō ſubtraeta, ſed potius crefcente cā do  
loris ſpasmi. Nec curēdūm eft ad miracula, ſed  
quod veriſimile ac rationi conſonum dicendum.  
Neclarę pures Euangeliſtam dicere ſtantem, qua  
ſi dixiſſet manentem. Tum quia euangelista repli  
cat, ſubdēns; cum vidifſet Iefus matrem & diſcipu  
lum ſtantem. Tum quia conſuetudo literę euange  
liſta eft: quando rem gemit narrat, proprieatem  
ſitus deſignare: ut patet Ioannis primo de Ioanne  
Baptista, Stabat Ioannes, &c. & lo. 4. Iefus ergo fai  
gatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem, hora autē  
erat quasi ſexta, &c. & Luc. 18. Duo homines ascen  
derunt in tēplum, vt orarent, unus Phariseus & al  
ter Publicanus. Phariseus ſtant hec apud ſe orabat,  
&c. & inſra. Et publicanus à lōge ſtant: & inſra. Stās  
autem Iefus iuſi illum adduci ad ſe. Et nili nomi  
na proprie interpretemur, oīa confusa erunt, vt  
philosophus docet in 4. Met. Tenēdūm igitur in  
dubio mihi videtur, quod nec neruori contrac  
tio, nec morbus alijs in beata Virgine fuerit. Et quan  
uis dolor ingens ſpasmuſ cāre poſſit, non tamē  
necessariō cauſat, poſte enim & non cauſe ſpas  
muſ: ut patet in ſaluator noſtro: cui? dolor ſuit  
maximus abſque ſpasmo. Hac de ſecundo.

Quo ad tertium: quia nominibus eft viendūm,  
vt plures vſiſtur ſecundum Philoſophum, 2. Topi.  
non inconuenit etiam de ſpasmo, vt vulgus loqui  
tur, traclare. Dicitur igitur vulgo ſpasmas aliquis  
cediſſe cum præ doloris magnitudine ſyncopem  
ſeu extraſim patiens cadit: occurrit enim tunc ad  
ſuſtinentum, & aqua in vultum aſpergiunt. Et iux  
ta hunc ſenſum, crediderim ego dici beatæ Mariæ  
ſpasmuſ. Huiusmodi autem doloris modum in  
beata Virgine fuīſe ex magnitudine ſuſe tristitia  
credi poſſet. Sed reuerſa neque iſlo modo ſpasmuſ  
in beata Virgine fuīt: cū. n. fuerit gratia plena, Luc.  
1. oportet corporales defectus de ea negare, qui ple  
nitudinem perfectionemque gratiae impediūt. Cō  
ſtat aut qđ dolor extra ſe perſonā faciens: exercitiū  
rōniſ impedit pro tunc erat tēpus maximē actuali  
ter & rationem considerandi paſſionem Christi.  
Igitur

Igitur huiusmodi dolor gratiæ perfectionem secundum actualiæ cōsiderationem rationis turbaverit, quod est valde inconueniens, non fuitigitur huiusmodi casus in beata Virgine. Et confirmatur, quia gratius erat Deo, quod beata Virgo compateretur ei secundum rationem, quam secundum partem sensituum, quia illa pars est nobilior, & proprie meritoria, & per se grata. Oportuit ergo, ut dolor beata Virginis ita esset summus, quod tamen pars sensitua regularetur, & subderetur rationi eius uigilantissime autem rationis exercitio, ac dominio actuali super partem inferiorem non accidit dolor extra se faciens personam & casum. Quare spasmus vulgariter dictus longe a beata virgine uidetur suisse. Hæc de tertio.

Quo ad quartum ex supradictis motus, dico ad quæstum id, quod de spasko dicitur, non esse canonum multipliciter. Tum quoad radicem, quia non est authenticæ. Tum quo ad veritatem significatam per nomen: quia Spaski nomen nec propter dignitatem corporis, neque vulgariter stuprum propter dignitatem animæ ueificatur. Tum quo ad tempus, quia vestigiis sanctorum Patrum in

A hærendo Dominica in Passione, & Dominica in Ramis palmarum etiam si festum Annuntiationis beatæ Virginis euénit, non celebratur, sed transferit: sunt enim priuilegiata Dominica illæ. Et tamen isti non quandoque, sed perpetuo, prefatis dieb. uolunt noua festa celebrare, & con sequenter antiqua delere. Octauæ quoque si iuges illo tempore permittuntur, Misæ Quadragesimales, aliaque vetusta officia cessare possunt. Accedit ad hanc, quod coena Domini sacramenta corporis & sanguinis Christi instituta nascantur, & Ecclesia tamen transtulit festum corporis Christi in aliud tempus, quoniam circa corporis Christi venerationem illo tempore occupata, distrahi in alia quamvis bona non debet. Vnde si festum doloris beatæ Virginis celebrandū est, in aliud iudicio meo, tempus & nomen mutandum est. Hec sunt reverendissime domine, quæ mihi uisa sunt in re hac dicenda. Apostolicæ tamen sedis censuræ omnia submitto. Romæ, die 17. Iulii 1506.

B Secundi Tomi opusculorum Thomæ de Vio Caetani, Cardinalis sancti Xysti, Finis.

# TOMVS TER TIVS OPVSCVLORVM THOMAE DE VIO CAIETANI, S. R. E. CARDINALIS DIGNISSIMI TITVLI SANCTI XYSTI, CVIVS SVNT QVI NDECIM VTILISSIMI TRACTATVS.

S V M M A R I V M.

- 1 De si cultus diuini & orationis efficacia.
- 2 De unione verbi cum natura humana.
- 3 De causa & origine malis, & cur homines plura & maiora mala inuaserint magis quam cetera animalia.
- 4 De immortalitate animalium.
- 5 De modo quo anime patiuntur ab igne corporeo, & de corporum cruciatu.
- 6 De ecclesia & Synodorum differentia.

T R A C T A T V S P R I M V S D  
in sex orationes diuinis.

## ORATIO PRIMA.

De si cultus diuini, & orationis efficacia, coram Alexandro sexto Pont. max. Dominic. Prima Aduentus.  
Anno salutis, 1508. habita.

**R**Espicie & leuate capita uelstra. Luc. 21. cap. Ingenii mei vires mensus S. ac B. pater, mihi ipsi sat esse ad dicendum coram maiestate tua, pollicitus non sum: Noui siquidē quanta mentis acie, quanta orandi arte, & confuetudine, quanta disciplinæ omnium ubertate opus sit, ut in hoc celeberrimo orbis Senatu dignus quis ad orādum habeatur. Nec adduci potui, ut mea hue sponte conserderem, sed malo parendo tanto me discrimini credere quam minus auctoratio in tuto silentii portu me commorari: præsertim quod non aduentum, sed proprio annexum officio munus explendum est. Verum quia etiam ignorantibus quid age

C re debeamus, hoc superest refugii, ut oculos nostros ad Patrem luminum dirigamus, cuius opere quo uberioris impetremus, reginam coeli una, precor ad eam. Aue Maria, &c.

**E**Xcitatus Torpentum corda fidelium Dominus ac Redemptor noster prodigia illa tremenda commemoravit, quibus uniuersus cōquatiectur orbis: & ubi cunctorum animos ingenti pauore soluendos respexit, tremefactis discipulis, orationis protinus patrificat auxilium. Relipcite, inquit, mentis proculdubio lumine, ad quam maximum spectat oratio, & leuate capita vestra, intellectu & affectu ad superiora erigite: his namque partibus suis, duabus ueluti librata alis, tribunal Altissimi mens petit humana, cuius nimirum ascensum propriæ orationem appellamus. Ea de rea Domini exhortationis instituto nequam diuertens, de vi orationis aliquid in medium afferendum cœsui quod & tanto consensu indignum non sit: & mentis utraque partem uel mediocriter oblectet.

Apud maiores nostros, eodem studiissimos viros, non negligenda illa ambiguitas que excitata iampridem fuit: quis uotorum mortalium precium ue ad Deum proprius fructus sit, quorum orationes, obsecrationes, cœremoniæ, sacrificia, omnisque Dei optimi maximi cultus.

Epicurei siquidem, Stoici, peripateticorumque nonnulli (diuerso quamuis calle) contra Deum hominumque commercia progressi sunt: in eam tamen sententiam concuenero, ut eorum, qui diuinis rebus operam dant, spem omnem deludant, frustrari namque exortationem lacrymarum, oblationum, uenerationum, &c id genus humanorum officiorum omnium aſterant. Aegyptii uero, supplicationibus, processionibus, reliquo diuinariū rerum